

us portabas eos : sed velut vindex , eos sa-
piissimè affligebas , & occidebas . Respon-
det Dominus . immò yerò hac ratione cura-
bam eos scilicet oues morbias ex ouili re-
ijciens . vt curatur Respublica , cùm puniun-
tur & occiduntur iniqui . ac idè prostrauit o-
mnes Israelitas Idololatriæ assuefactos in
Aegypto . vt qui ingrediebantur in terrā pro-
missionis , sani ab hoc morbo ingrederentur .
¶ 6 . Beneficium fuit , quod Deus dederit Isra-
eli leges , & rationabilissimas , & magni amo-
ris plena . Ideò enim leges illæ , à Moysè pro-
mulgatae , dictæ sunt vincula Adam . idest , vin-
cula rationabilia , quibus populus , velut vin-
culis cohiberetur , ne malum admitteret , &
vbi rationem inueniret , quæ eius intellectū
euinceret . Eadem leges vocantur vincula
charitatis . quibus scilicet populus in chari-
tate erga Deum & proximos retineatur . ¶ 7
Tu lector nota , leges esse funes , & vincula .
juxta illud iniquorum . disruptam vinci-
la eorum , projiciamus iugum ipsorum . Nota
2 . leges debere esse rationabiles . s . rationi
conformes . ideò vocantur funiculi Adam ,
seu funiculi humani . Nota 3 . quis debeat esse
legum finis , scilicet charitas in Deum , &
proximum . Nota 4 . omnes leges Moysi suas
habere rationes (licet aliquando obscurio-
res) alioqui non fuissent leges Adam . Cona-
trit est Philo , & Rabi Moyses Aegyptius , has ra-
tiones in lucem proferit . conatus est & Tho-
mas in 1 . 1 . ¶ 7 . beneficium , Ero eis , quasi ex-
altans . futurum est pro præterito , exaltaui ,
inquit .

Psal. 2.

Philo.

R. Moses.

D. Tho-
mas.